



# HISTORIA CONCILII TRIDENTINI.





VERA CONCILII TRIDENTINI HISTORIA,  
AVCTORE SFORTIA PALLAVICINO,  
E SOC. IE SV, S.R.E. CARDINALE.  
ANTVERPIÆ, EX OFFICINA PLANTINIANA M.DC.LXX.



BIBLIOTEC  
UNIVERSITATIS  
SALAMANCA

# VERA CONCILII TRIDENTINI HISTORIA,

Contra falsam Petri Suavis Polani narratio-  
nem, scripta & asserta à P. SFORTIA PAL-  
LAVICINO, Societatis IESV, posteà  
S. R. E. Cardinale Presbytero.

*Primum Italico idiomate in lucem edita; deinde ab ipso  
Auctore aucta & recensita; ac Latinè redditâ à  
P. IOANNE BAPTISTA GIATTINO, Panor-  
mitano, eiusdem Societatis IESV Sacerdote.*

## PARS PRIMA.



ANTVERPIÆ,  
EX OFFICINA PLANTINIANA  
BALTHASARIS MORETI.

M. DC. LXX.

# HISTORIÆ CONCILII TRIDENTINI LIBER PRIMVS.

## ARGVMENTVM.

**S**tatus Reipublicæ Christianæ ineunte sæculo decimo sexto nostræ salutis. Origo & exitus falsi Concilij Pisani. Indulgentia à Leone X. promulgata: eadem à Lutheri impugnatæ, aliaque præterea Fidei dogmata. Dies illi dicta ab Auditore Camere Apostolice. Eius causa Thomæ de Vio Cardinali, tunc in Germania Legato, commissa. Huius cum Lutheri congressus. Lutheri prouocatio à Cardinali tamquam à suspecto Judge. Legati ac Lutheri studia contraria apud Saxonem: secundi præalent, & quare. Timor Lutheri, & eiusdem ad futurum Concilium prouocatio. Declaratio interim à Pontifice promulgata super Indulgentiarum vi. Mors Maximiliani Cæsaris, & incommoda inde consecuta. Carolus Melitius ad Saxonem allegatur à Pontifice, occasione Aureæ Rosæ ei deferendæ; at potissimum Lutheri causâ: quomodo is exceptus. Duos annos in ea tractatione versatur diligenter quam prudentius. Eius cum Lutheri colloquia; atque huius ad Pontificem literæ. Solemnis disputatio Lipsiæ habita inter Caroloſtadium ac Lutherum ex una parte, & Ioannem Eckum ex altera. Exordia Zwinglianae heresis in Heluetia. Lutheri doctrina in variis Academiis damnata: Leonis in eum

Pars I.

A

Diplo-